1972-183
A.53.

μάντις ἄριστος, ὄστις ἐπιστήμῃ κρίνει

ARTEMIDORI DAL

DIANI PHILOSOPHI EXCEL/
lentissimi, De somniorum interpretatione,
Libri Quinq̃, Iam primum à Iano Corna/
rio medico physico Francoforden/
si, latina lingua con/
scripti.

BASILEAE ANNO M. DC.
XXXIX

CLARISS. MEDI=
CIS D. PHILIPPO PVCHEYME/
ro, & D. Ioanni Megobaccho, Reueren/
dissimorum illustriss. q̃ principum Alber/
ti Cardinalis ac Archiepiscopi Magunti/
nensis ac Magdeburgensis Marchionis q̃
Brandeburgen. &c. & Philippi Hessorum,
Cattorum, Dicensiũ, ac Nidensium princi
pis nobilis. medicis ac cõsiliariis pri
mariis Ianus Cornarius medi
cus physicus Frãcofor
den. Salutem
dicit.

T AMETSI non eram ne/
scius quàm nulla esset hoc
turbulentissimo seculo hu
ius argumenti expectatio,
& quàm inique à plerisq;
excipietur, quod ex græco autore Artemi/
doro, uiro, ut apparet, multæ in philoso/
phia indagãda studij sedulitatis ac pruden
tiæ, latine cõscripsi, Hui, inquient, Somnia
nobis, in tanta optimorum quorunq; uiro
rum contentione, ut sincera tandem pietas
ac euangelica ueritas mundo inclarescat?
Quid minus oportuit quàm somnia, falla/

ligenter commendo. Opt. Valete. Francofordæ ad Mœnum, calend. Sept. Anno Christi M. D. XXXVIII

Quæ in primo libro Artemidori de somniorũ interpretatione contineantur.

De differentia inter insomnium & somnium Cap. I
De speculatiuis & allegoricis, siue significatiuis II
De speciebus somniorum III
De sex elementis IIII
De modo generali V
De modo speciali VI
De curiosis & diuinis somniis VII
De tẽporibus et qualia sunt iudicãda VIII
De moribus IX
Quæ à somniorum interprete sint expendenda X
Propositio eorũ quæ in his libris traduntur XI
Quomodo interpretationes sint aggrediendæ XII
Qualem esse oportet somniorum interpretem XIII

De

duplicem iudicationē facere ex re est, partim quidē ut de cœlesti & diuino, partim uero ut terrestri & usuali. Primū quidem igitur de cœlesti hoc modo iudicatiōes facere oportet. Ignem in cœlo uidere, splendidum, purum, & modicum, minas ex quibusdam præminētibus significat. Multus autem & hostium incursum, et egestatem, & famem præsagit. Vbicunq; uero fuerit ignis, aut ubi sursum fertur, uelut à septentrione, aut meridie, aut occidēte, aut oriente, inde sanè hostes ueniunt, aut iuxta illas regiones sterilitas erit. Verum peius omnino fuerit ignem deferri uidere. Idē significant etiam ex cœlo descendentes faces, item ligna & arbores ardentes uidere, quę omnia periculum circum caput eius q̃ somnium uidit constituunt. Quēadmodum enim cœlum, omnem mundum superemi net, sic caput corpus. Fulmen citra tempestatem propè allapsum, & nō contingens corpus, eum qui uidit extra locos eijcit, in quibus degit. Neq; enim propinquum fulmen quisquam sustinere potest. Si uero ante aliquē ceciderit, prorsum progredi prohibet. At uero extremis partibus à fulmine per-

Duplex ignis considerratio.

Ignem in cœlo uidere splendidum et modicum

Multum

Ignem deferri uidere.

Ligna & arbores ardentes uidere.

FVLMEN.

CONSTANTINI CAESARIS SELECTARVM

praeceptionum, de Agricultura Libri uiginti, Iano Cornario medico physico interprete.

Fuit ille Constantinus quartus cognomine Pogonatus, vixit circa ann. 669.

BASILEAE ANNO
M D XXXVIII

Cum priuilegio Cæsareo in annos IIII

NArdi celticæ folia. IIII. cyperi unum, smyrnii magnitudinem fabæ Aegyptiæ, cumini quantum tribus digitis prehendi potest, seminis anethi pugillum, tusa ac cribrata in harundinem inde. Vsu uero expetente, lumbricum siue intestina terræ ablue, & in uasculum mitte, & soleam de loco humidam in manum exprime, & ex pharmaco quod satis est ammisce, & adiectis lumbricis ad massam tere, & inesca.

Ad tenuem gryten quæ harundinibus capitur. Cap. XXV

SQuillorum fluuiatilium chœnix una, maceratur garo sincero coracinorum salsorum, & sic condita manet biduo, tertia inde inescabis. Operare autem duobus calamis, singulo quatuor hamos habente, habeasq; tecum auxiliarium unum, & tantum piscium capies, ut nemo alius neq; hypocha, neq; alio retis genere operans, te superet.

Inescationes uniuersales. Cap. XXVI.

LEnte cũ amylo sicco trita & ammixta utitor.

Ad omnem pisciculum Cap. XXVII

COchlearũ carnẽ citra caudas accipe, & cũ ipso inescato. neq; magnitudine cochleæ abutaris.

De nassis. Cap. XXVIII

REtrimentum quod ab expressa myrobalano reliquum est, stercus humanum, panem purum, singula seorsim terito, indeq; hæc tria simul misceto, & in nassam mittito, utitor & succedet.

Aliud

Aliud de nassis. Cap. XXIX.

INescatio uelut scriptum reperi, Ichthyophagorum qua piscantur, Cape opercula siue testas & carunculas in petris nascentes, & cum his uenare.

Esca mugilũ marinorũ, scarorũ, mullorũ. Ca. XXX

SEpiarũ testa cũ sisymbrio uiridi, quod est muscus, & aqua & polline, & caseo bubulo mixta utere.

Scorpiorum solum. Cap. XXXI

SCobem ligni mori & caunocinaræ, & sandaracheæ drach. VIII. cũ erucis brassicæ quinq;, ac frumẽto cõmitte, ita ut frumentũ tenuiter cõtundatur, & affusa aqua cũ reliquis misceatur, fiãtq; massæ quibus inescabis. Pagrorũ marinorum Cap. XXXII

MElanthij decoctũ cũ locustis & lũbricis tere, additoq; polline frumẽti & affusa aqua ad mellis spissitudinem redige & utere.

Raphidum solum. Cap. XXXIII

VItululi fel cũ polenta oleoq; & aqua in massas redige & inesca, ex eodẽ etiã cõmanso in aquã inspue, & accedent ad te.

Thynnorum solum. Cap. XXXIIII

NVces iuglandes ad cineremexurito, & cũ sam sucho terito, et cũ pane puro aqua madefacto, ac caseo caprino in massas cogito, ac utitor.

Cerrorum. Cap. XXXV

ALlium tritum cum pane, & caseo uitulino ac caprino, & polline tritis, simúlque mixtis, in